



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

59.

64

Carmina  
AB AMICIS  
DECANTATA,  
N V P T I I S H O N E S T I E T  
docti viri Henrici Fabri scholæ Bern-  
burg : Cantoris vigilantissimi, & ho-  
nestæ ac modestæ fœminæ Saræ Cra-  
meris Ioannis Crameri ciuis p. m. no-  
stratis relietæ viduæ , Celebra-  
tis Bernburgi anno 1596.

19. Ianuarii,



S E R V E S T Æ.

Excudebat Bonaventura Faber.

A N N O M. D. X C V I.



# Parodia

*Ad odam II. lib. 2. carm. Horatij*

## Nuptijs

*Honesti & docti viri Henrici Fabri, scholæ Bernburg: Cantoris uigilantiissimi decantata.*



Vid dissolutis Papa Quiritibus  
Henrice, de sancto recinat malé  
Mysterio lecti, remittis  
Credere, nec trepidas in vsum  
Possentis æui magna: Subit retró  
Ardor iuuentæ, dein' Deus & decor  
A quoq; sinceros amores  
Iure rogans, sociamq; vitam.  
Non semper æquis solibus est honos  
Veris, nec uno coniugium nitet  
Vultu. Quid instanti tuum sic  
Mole volens animum fatigas?  
Cur non solitus vel thalamo, vel hac  
Amens abhorrens coniuge, plus magis  
Nardo leues vñctum capillos  
In scelus expositumq; scortum.  
Amplexeris? retractat id in reos  
Vindicta ditis. Quæ Venus ocius  
Restinguet Henrici calentis  
Pectora conveniente succo?  
Quis Musicum nostrum trahet in thorum?  
Dic cum tribus cœlebs SARA Gratiis  
Maturet, vxoris pudicæ  
More prius venerata fædus.

*Henricus Eiche  
N. Anhalt.*

43

**C**V M maximè secundæ  
Sunt res , euntq; nostrum  
Ad nutum , oportet omnes  
Tum maximè videre  
Et cogitare , fronte  
Qua ferre , sortis iram  
Viciſſitudinemq;  
Omnem , velint , acerbæ.  
Collega ſic amice  
Cui iura contrahenda  
Pudica , caſta , ſancta ,  
Verenda , matrimonij  
Sortis vices ad omnes  
Vi ſe paret necesse  
Scis eſſe nec monendus.  
Tantum ergo honoris ergo  
Et moris ( à me honoris  
Si quid tibi tuuq;  
Tædi venire poſit . )  
Soleſſnitatuſ atq;  
Tue , meam inuabie  
Inconditam Thaliam  
Incondito referre  
Et claudi cante metro  
Malæ ſuum unde ducant  
Et impia maritæ  
Ortum , reiq; par ſint  
Cui atq; conferantur  
Simonide à profano.  
Quandam inquit ille Scropha  
Cœno ſatam rigente ;  
Hæc inquinata paſſim  
Si nil ſcatere cuncta  
Luto domi , atq; ſordes  
Pingueſcit inter ipsas.  
Est vulpe nata yaſra

Et vxor , hanc peritam  
Rerum ferunt quidem , ſed  
Dolis referta multis  
Facit ſuoq; fucum  
In omnibus marito.  
Clamore ſumma & ima  
Miscet nec audit ullum  
Turgente bile , fœdus  
Quam procreat catellus.  
Mari edita tumenti  
Nil impotentius ſol  
Videt , moleſta cuncius .  
Immitis , inſolentem  
Iram gerens amicis  
Atq; hoſtibus timenda.  
Est peior orta terræ  
Ex puluere , huius artes  
Vnæ foco aſſidere  
Et ſtertere & vorare.  
Quam conſerunt aſcello  
Hæc n̄ minis adacta  
Et vapulet ter vno  
Die haud facit , maritus  
Quod iuſſerit , labore  
Abhorret atq; ab omni.  
Est triste prorsus illud  
Ex fele quod creatum  
Fertur genus dolosa :  
Nil huic inest venusti  
Nil gratia , leporis  
Viro manu rapace  
Infert acerba damna ,  
Toruum vidensq; lites  
Serit fouet perennes.  
Deinde equo comanti  
Iuba parem eſſe dicunt ,

Que



Quæcumq; tempus omne  
Consumit eluendo  
Sordes, comasq; ductas,  
Ornando dente eburno,  
Est sumtuosa , vestes  
Gemmis amat superbas.

Tum simulam referre  
Quæ creditur proteruam  
Est pessima omnium , atq;  
Hoc mente versat vnum  
Vt quod scelus subinde  
Perpetret , ac in ausum  
Nihil relinquat vñquam  
Quod mordeat maritum.

Hæc , spōse amice , Græci  
Simonidis poëtæ ,  
Sint aestimanda quanti ,

Figmenta , quoūe haberi  
Fas sit loco , sat illud  
Constat. Tuis mala istæ ,  
Defendat , atq; pestes .  
Tædis , tori iugalis  
Autor Deus , viræq;  
Plastes , datorq; solus.

Hic largiatur oro  
Apem tibi pudicam  
Piam , laboriosam  
Et tot beatitates ,  
Quod albicans pruinas  
Hyems creat , quod almæ  
Tellus soluta flores  
Tepente vere fundit ,  
Æther quot vndiq; ingens  
Stellis micat coruscis.

Christophorus Ludovicus  
Baccalaureus scholæ patriæ.

## ALIVD.

**G**loria  
Vis ille , templum qui petit , en , sacrum ?  
Quænam illa , templum quæ petit , en sacrum ?  
Est sponsus ille , est illa sponsa ,  
Sacra parant i thalami iugalis .  
Nunc fautor ad sis , auctor ut ipse met  
I O V A adfusti connubio , iubens ,  
Mysterium ui sancti sacramentum  
Esset amoris amor iugalis ,  
Amoris , inquam , progenies tua

Eccle-

831

Ecclesiam quo perpetuo fouet,  
Æquare fando quem nec ora  
Mille ualent, neq; mille linguae.  
Ceu sponsa sponsi flagrat amoribus,  
Sponsusq; sponsæ flagrat amoribus:  
Sic & suæ CHRISTVS perenni  
Arsit, & ardet amore sponsæ.  
Verbis ut inter se sua coniuges  
Arrhisq; firmant fædera mutuis  
Quæ non die diuulsæ unquam  
Soluat amor citius supremâ.  
Sic uoce uerbi, sic genuo, sacri  
(ō quantus ardor!) fædere obside,  
Sponsæ sacramento fidem dat  
Rite suæ, ecce, suam I E H O V A.  
Ceu coniugum nil, quicquid habent boni,  
Commune non est: quicquid habet, suæ  
Ecclesiae sic commodorum  
Omne fouetq; , dicitq; CHRISTVS.  
Ceu dant feraces plurima coniuges  
Lecti feracis, pignora, liberos:  
Sic uoce uerbi CHRISTVS agmen,  
Legit ut ante, legit, legetq; .  
Ceu cura fedi prouida coniugis  
Nuptiam tuetur, dira nec horridæ  
Vis sororis bos diuellit unquam,  
Pollicini & fidei fenaces:  
Ecclesiam sic & regit, & tegit.  
Rerumq; seruat turbine tristium  
CHRISTVS, nec ullis in periclis  
Deserit, auxilio vocatus:  
Ad regna cœli donec eam uocet

Paricemq;

Turpemq; turpi criminis & patri  
Non labet turpem sifat, omnis  
Sed maculae scelerisq; puram.  
Ecclesiae istos atq; Dei decet  
Nexus volent corde, iugalia  
Quæs uincla cura sunt, amorem  
More Dei ut studeant fouere.  
Sponsis quod ipsum mente sit ut novis  
Altâ repostum: Numen amabile  
Nunc, euge! uotes, euge! nostri  
Pectoris unanimis uocemus.  
Huc ter uocatus IOVA ades, buc ades.  
Fædusq; firma numine tu tuo  
Ardor sit unus, da, fidesq;  
Vna animis pariter duobus.  
Da prole pulchra sit iborus hic fera<sup>x</sup>,  
Vincatq; fœtus arboreos suis:  
O annue his uotis, & adde  
Commoda plura, Deus, petitus.

#### X P O N O Δ I S O I O N,

Nyplia Sara HenrICO est, toties hoc CLVC et ubi anno  
LVX qVoi SVnt Charlies pLea Des Aonl Des.

Martinus Quehnatius Coldicensis  
debitæ gratitudinis ergo F.

#### VOTVM NVPTIALE.

A Vrora tandem surgit, io! diem  
Fausto reducens omne SARA quo

se

Se gaudet H E I N R I C O pudica  
More & amore pio iugari.  
Toua hoc secundet connubium pater,  
Ornetq; Natus munere idem suo,  
Et Spiritus quos movit ignes,  
Hos foueat sacer ipse sacros.  
Sic prole sponsum sis faciet patrem  
Se sponsa matrem multiplici : suis  
Et fertilis fætus ad æquet  
Fætibus usq; oleæ feraces.

Ioannes Schönlebius Budissinus nuptiis præceptoris benenenti vouchat.

## ALIVD.

 Vge dedit castam coßam, comitemq; fidelem  
Auctor connubij fautor & ipse Deus.  
Hæc tibi sponsa tibi sit pergratißima conjux,  
Et iuxia summum sit tibi cara Deum.  
Concertate fide, quanumq; potestur, amore:  
Namq; sine his lectus nil nisi luctus erit.  
Viuite felices: vobis felicia cuncta  
Cedent: felici prole replete domum.  
Sic bonitas Domini vos circumfundet, ut una  
Mente celebretis numina summa Dei.

Andreas Marsilius Neunensis  
gratitudinis ergo,

Nr 1996.

8



3

nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln;

28a / 501996 /

V\$ 17 11/11/





### Farbkarte #13

